



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Die X. Decembris. Festum Translationis Almæ Domûs
B.M.V.**

Paderborn, [1803]

Ad Vesperas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60389](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60389)

DIE X. DECEMBRIS.
FESTUM
Translationis
Almæ Domûs B. M. V.

Duplex majus
Ex Decr. Ssmi Pii VII. P. M. pro
toto orbe 9. Julii 1803.

AD VESPERAS.

Antiphona Domum tuam. cum reliquis
de Laudibus, ut infra.

Pſalm. Dixit Dominus, cum reliquis, ut
in Officio parvo B. M. V.

Capitulum. Eccli. 24.

In omnibus requiem quaefivi, et in hae-
reditate Domini morabor. Tunc praecepit,
et dixit mihi Creator omnium, et qui cre-
avit me, requievit in tabernaculo meo.

Hymnus. Ave maris stella, ut in
Offic. parvo B. M. V.

ŷ. Haec est domus Domini firmiter aedi-
ficata;

℞. Bene fundata est supra firmam petram.

Ad Magn. Antiph. Sanctificavit Do-
minus tabernaculum suum: quia haec est
domus Dei, in qua invocabitur nomen ejus,
de quo scriptum est: Et erit nomen ibi,
piciat Dominus.

ORATIO.

Deus, qui beatae Mariae Virginis
Domum per incarnati Verbi myste-
rium misericorditer consecrasti, eam-
que in sinu Ecclesiae tuae mirabiliter
collocasti: concede, ut segregati à ta-
bernaculis peccatorum, digni efficiamur
habitatores Domus sanctae tuae.
Per eundem Dominum nostrum.

AD MATUTINUM

Invitat. Salvatorem mundi, in Do-
mo Virginis de Spiritu sancto conceptum,*
Venite adoremus.

Psalms. Venite, exultemus.

Hymn. Coelestis Urbs Jerusalem,
ut in Festo Dedic. Eccl.

In I. Nocturno. Antiph. Elevata
est magnificentia tua super coelos. Psalm.
Domine, Dominus noster. cum reliq.
ut in Officio parvo B. M. V.

Antiph. In sole posuit tabernaculum
suum; et ipse tamquam sponsus procedens
de thalamo suo.

Antiph. Quis ascendet in montem
Domini? aut quis stabit in loco sancto eius?
Innocens manibus et mundo corde.

ŷ. Hic Domus Dei est, et porta Coeli.
R. Et vocabitur Aula Dei.

De libro tertio Regum.

Lectio I. Cap. 8.

Stetit autem Salomon ante altare
Domini in conspectu Ecclesiae Israël,